



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 39. Constantinum Deus protegit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

sororis amori daret. Quod petebat, Sæculum IV.  
a victoris clementia impetravit, a quo A. C. 324.  
Thessalonicam missus, cum quiescere  
non posset, ejusdem jussu anno sequen-  
ti imperfectus est.

## §. XXXIX.

*Constantinus a Deo protegitur.*

In hoc bello Constantimum, Deo singula-  
riter favente, pugnare, non unum in- Eus. vit.  
dicium fuit. In urbibus, Licinio subje- II. c. 6.  
ctis, Constantini copiæ, quamvis adhuc  
remotæ, tanquam parta jam victoria  
ovantes, multis transire visæ sunt. In c. 4.  
ipsis præliis quocunque Labarum infere-  
batur, fugiebant hostes, labantes Con-  
stantini milites novo robore firmaban-  
tur. Quinquaginta viri ex protectori- c. 8.  
bus, id est, Corporis Custodia delecti  
Labarum suis humeris alternatim susten-  
tabant. Unus eorum, in pugna timidus,  
alteri hoc signum portandum tradiderat,  
ut paratior ad fugam esset, protinus telo  
in ilia recepto occubuit; illum vero, qui  
de manibus fugientis Signum acceperat,  
plures emissæ sagittæ, a Labari stipite ex-  
ceptæ, intactum reliquerunt. Eusebius  
hoc prodigium ipso Imperatore narrante  
didicit. Licinius, hujus Signi virtutem c. 16.  
advertisens, suos in pugna, quantum pos-  
sent, ab eo divertere jussérat.

An. 324.

c. 9.

Sæculum IV. Constantinum urbem Byzantinam in.  
A. C. 324. trantem Philosophi accedunt, conque  
Sozom. I. rentes, quod spreta Romanorum, Græco  
hist. c. 18. rumque consuetudine, quam Majores  
eius servaverant, novam Religionem in-  
duceret, petebantque, ut cum Alexan-  
dro urbis Episcopo de Religionis veritate  
publice disputare liceret; Alexander in-  
jubente Imperatore in pugnam han-  
Theologicam consentit, vir in arte Di-  
lecticæ quidem parum versatus, at virtu-  
tibus clarus. Cum Philosophi conve-  
nissent, simul omnes loqui cœperunt  
S. Alexander rogabat, ut unum elige-  
rent, qui solus loqueretur; cum ergo un-  
loquenti provinciam imposuissent, a  
hunc Alexander: *in nomine JEsu Chri-  
sti præcipio tibi ut taceas.* Subito homo  
ore quasi vi externa compresso obmutuit  
Omnibus prodigium eo majus, & infa-  
lentius visum, quod Philosophos, gente  
loquacissimam, ad silendum adegitset.

## §. XL.

*Alia Constantini Edic̄ta pro Ecclesia.*

**Euf. II. vit.** Victoria de Licinio reportata, non pas-  
modo, sed & securitas ab hostib⁹  
externis Ecclesiæ reddit⁹, quam Constan-  
tin⁹ novis legibus firmavit. Omnes  
fidei causa proscriptos revocari jussit,  
eos, qui injuria ad ministeria publica  
obeunda coacti fuissent, rursus eximi-  
atque